



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Tyrannis in ecclesia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

TYRANNIS IN ECCLESIA:

Et quid Tyranni prisci à Christianis potissimum exegerint.

Ecclēsia uerò quàm miserabiliter tenta sit & concussa, exemplificant facinora sceleratorum: Sic Herodes Aſcalonita infantis cida, proprios suos filios Alexandrum & Aristobulum ferire iugulo, & Pherorā germanū: & Tyronem unā cū filio eius, orco demittere nō est ueritus. Quid hic nō perpetraret in præcurſore angelū dñi, Mal. 3. & flosculos martyrij (Mar. Vide Aug. 6. Luc. 3. Matth. 12.) bimulos Bethlechemiticos? Sicut autē uiperarum proles, cū patiuntur, suas occidunt matres, exeso earū uentre: ita sanè & Iudæi suos patres spirituales, puta prophetas occiderūt, inquit Euthymius super loc. Mat. 3. etc. Sic tyrannidē exercuerunt Augustus, Nero, Biberius, Diocletianus, Maximianus, & c. At omnes, qui clericos insectati sunt, horrendis pressuris, cū supercilioso & cristato Goliath sunt miserrimè prostrati. Satis inquam cōpertum est ex annalibus ueterū q̄ Romani olim Imperatores decretis publicis atq; edictis S. Romanā ecclesiā seu huius religionem repellere atque extinguere conati sunt, sic ut nullum crudelitatis genus ommissum fuerit,

fuert, in quo p̄i alumni (grata soboles) ecclesie
Dei uexati atq; disiecti non fuerint. Inter cetera
Maximi- ra MAXIMINVS Cesar (archytyrannus iste
ni Imperia & hereditarius Christiani sanguinis hostis) non
Maliana. minore astu quam seuitia usus est in persequen-
dis lacerandisq; Christianis. Siquidem Iouis sta-
mulachrum (quod in urbe Antiochia celebre
fuit.) Sic instrui curauit cōmentoq; callido apta-
ri, ut in edendis oraculis quæ tum magno cula-
tu habebantur de christianis responsum hoc
promeretur, Ne homines Christo dicati dege-
rent in urbibus, neque ullis etiam locis extra ur-
bes, sed procul ut noxium genus atq; ueneficū &
contagiosum fugarentur, quò factum est ut uagi-
palantesq; & reiecti ab omnibus fuerint, tametsi
pro religionis merito atq; maiestate id accidebat
ut quo plures seuiore tyranni & persecutores,
eò maior & amplior religio haberetur. Nec es-
nim quicquam principum seuitiā atq; feritatem
magis extimulat quam firmitudo illa & inuicta
atq; impenetrabilis cōstantia christianorum, quæ
libidinem omnem atq; immanitatem lōgè exupes-
rat, ueritas enim impiorum commenta non re-
formidat: sic ergo intonuit plenis buccis illis
Piorū uox ad Tyran- temporibus, uox Christianorum. O Romani
nos, presides (dicebant tyrannis) allidite, atterite
nos.

nos, probatio est nostrae innocentiae uestra ini-
 quitas: ô mirandam ἀνεξιχνίασιν. O laudibilem
 μακροθυμίασιν, &c. Sed quid illis Gymnasia-
 ches Christus? Audi Hesaiam cap. 8. Morao,
 inquit dominus ad pios, lo thireu, velo
 Thaaritzu. Hoc est, timorem eius ne timue-
 ritis, & ne paueatis, &c. Ne metuamus ergo eos,
 quibus hic datur corpora nostra occidere, cum
 animas nostras uiuificent quodammodo, oues
 sumus mactationis, Roma. 8. Parati ad gloriam
 Dei. Hic Acheron, illic coelum. Huius memi-
 nit D. Ambrosius de uoca. gentium libr. 2. cap.
 1. dicens. Cum sicut oues introieritis, in medi-
 um luporum, nolite de uestra infirmitate trepi-
 dare, sed de mea potestate confidite qui uos
 usque ad consummationem seculi in hoc opere
 non derelinquam, non ad hoc ut nihil patiami-
 ni, sed quod multo maius est praestiturus ut nul-
 la seuientium crudelitate superemini haecenus
 D. Ambrosius. Etiam ethnici norunt interio-
 ri homini tyrannos nocere non posse. Scite A-
 nacharsis philosophus cum iam in tormentorū sum-
 ma afflictioe esset, ad lictores & tortores truculē-
 tos dixit. Agite audacter, percutite, me siquidem
 nō tangitis, q. d. Externū solūm laniatis hominē,
 interiorē (Animam) ferire nō potestis &c. Quō

Tertul. in
 Apologe.
 cap. ult.
 Id est, tole-
 rantiā ma-
 lorum.
 Id ē, lōga
 nimitatē.

Matth. 10.

7 4 magis

cleste
 cates
 s iste
) non
 quena
 uis sta
 lebre
 apta
 cula
 hoc
 lege
 a ur
 ū
 uagi
 metst
 lebat
 ores,
 ec ea
 tem
 uicta
 qua
 upea
 rea
 illis
 mani
 rite
 nos.

Iulianus

magis autem timeri uolunt tyranni, hoc magis fe-
deles eos temnere debent, allatrare possunt non
deuorare: Nerones animas nostras tangere non
possunt, etc. De Iuliano qui Bisantius fuit, mirri-
ficum prorsus commentum atq; adeo callidū tra-
ditur, quo christianos populos in ecclesia domini
cōgregatos, ab instituto atq; incepto suæ religio-
nis depelleret, nō enim ui, non cædibus, non tor-
mentis, sed alia ratiōe aggressus est, ut eos ad ue-
terem nephandam religionem cōuerteret. Nam
prolatis præmijs ac dignitatibus tum blandimen-
tis etiam atque persuasione sic effecit, ut is
multò plures occupauerit, quàm qui crudeliter
eos atque immaniter persequendo attriuerit.
Idem tamen Edicto cauit ne christiani homines
prouinciarum procuraciones haberent, neque
ius dicerent quod ipsa ut dicebat, christia-
norum lex uti gladio prohiberet. Pari quoque
edicto constituit ne christiani ipsi gentilium sco-
las atque gymnasia adire possent, quo minus
in bonis studijs atque disciplinis proficerent.
Etc.

NVllum
uiolentum
perpetuū.
Nero.

At in omnes Tyrannos crudelissime de-
seuijt ultio diuina: Omnes inquam, duris sup-
plicijs à domino Deo correpti sunt. NERO
enim Matricida (anno dominicæ incarnatio-
nis

nis quinquagesimo septimo: ab Vrbe uero condita
 807) seipsum interfecit, anno uita sua 31. Im-
 perij 14. postquam rescuit se hostem à Senatu
 iudicatum, & ad furcas condemnatum. Domi-
 tianus (anno domini 83. ab urbe uero condita
 833.) à suis cubicularijs, tanquam effeminatus
 & inutilis confossus est: tanta desidia fuit, ut in
 cubiculo solus muscas præacuto stylo confige-
 ret: uir prodigiosa arrogantia, qui se de-
 um ac dominum scribere in suis caesarianis
 iussis edixit. Idem exercitum populi Romani
 obiecit, quo rarior in patriam reuenteretur,
 contra Antonini pij institutum, qui dixit malle
 se unum ciuem seruare, quàm mille hostes occi-
 dere, &c. Maximinus, (anno domini 238. Vr-
 bis condita 989.) cum filio in obsidione Aquis-
 leienti, à proprijs militibus obtruncatus. Decius
 (Anno domini 254. ab urbe condita 1005.) in
 Mysia pugnans, palustri uoragine obrutus, pe-
 rijt, ita ut ne corpus eius extiterit uspiam. Va-
 lerianus, (an. domini 259. Urbis uero condita
 1010.) Persis bellum inferens, ab eis captus
 Scabellum regis persarum ascensuro factus,
 paucorum conspiratione interfectus est. Dio-
 cletianus, (anno domini 290. ab Vrbe con-
 dita 1040.) cum resignasset Imperio, apud

Domitia-
nus.

Prouerb.
Ne musca
quidem.

Maximi-
nus.

Decius.

Valeria-
nus.

Diocletia-
nus.

Z 5 Nico

Nicomediā multis uarijsq; morbis uexatus,
demum mēte alienatus, sibi ipsi uim intulit: Quae
haud dubiū facta sunt ulciscēte domino. Clau-
dianus Iulianus Apostata, ecclesiā persequens,
teste Sozomeno, miserē perijt in Persico bello,
fertur autem manum suam sanguine impleuisse,
& in aëra sparsisse, & dixisse *νεκρικὰς γὰρ
λίλαϊε*, in corpore confessus cum blasphemia
uictoriam: &c. O Chus filius Artaxerxis huma-
ni sanguinis sitientissimus tyrannus, Qui tan-
dem à suorum praefecto quodam miserē inter-
emptus est. Sic ob tyrannidem constat Phara-
onem & Cassium periisse. Tyrannidem exercu-
erunt in pios Bohemicos mystas, Thaborita:
Husita: Vuicclesita, &c. At illi erumnas
expertisunt. Sic Anno 1100. Gulielmus Ru-
fus Angliæ rex in pios Sacrificos descēuens,
& Anselmo Cantuariensi archiepiscopo pro-
pter piam eius admonitionem in exilium eiectus
templorum prouentibus ad priuatum quæstum
abutens, ac sepe dictitans pingue panem Chri-
sti esse, & delicias præbere regibus, inter-
uenandum apud Nouæ Forestæ saltum à suo
quodam intimo cubiculario sagitta transfixus,
confestim perijt, Calend. Augusti. Magno do-
cumento Christi ministros & sacerdotes nō esse
uexans

Pharao,
Eutrop.
lib. 10.

Nota.

nexandos aut spernendos, quātominus irriden-
 dū Christum? &c. Sic lapidarunt Iudaei Chri-
 sticidæ crudeles, S. Stephanum tanquam legis
 desertorem inuocantem nomen Christi, Act. 7.
 Sic coniurarunt in necem Pauli, act. 23. Sic ty-
 rannidem exercuit Constantinus 4. circiter an-
 num 645. In Martinum papam. Sic Anastasius
 Imperat. anno 492. Constantinus 6. Leonis 3.
 filius, circiter annum 742. sic Leo 3. an. 721.
 & Leo 4. anno 777. &c. Quibus tamen domi-
 nus reddidit retributionem quam suis retribuere
 runt: Constantinum 4. Phlebotomia occidit.
 Anastasius fulmine interiit. Constantinus ob in-
 solentiam morum à suis captus, excecatus est.
 Constantius seu Cōstans in balneo à suis extin-
 ctus, Paul. diac. lib. 5. cap. 5. Alahis crudelis ty-
 rannus à Chuniberto Christianissimo rege misce-
 re tractatus, diac. li. 6. ca. 8. At quo ore perse-
 quuntur catholicos, recentiores tyranni? certe
 extrema sensere. In politia tyrānis execrabilis
 execrabilior lōge in uinea zebaoth: Redarguun-
 tur principes, & sacerdotes & propheta expi-
 latores apud Micheam. Et quod in theatro
 culpabile est, in templo planè est horribile &
 execrabile: & quò tyranni sunt inspiens
 tiores, hoc etiam sunt ferociores: scriptum
 est
 enim

Psal. 136.

enim

enim. *Ve terræ cuius rex puer est, etc.* Tyrannicum est autem, ne & hoc omittamus, inique cæsos susq; deq; ferre. Tyrannicum est improvidos adoriri. Tyrannicum, (inquit Barbatius) bene merentes Neronicè trucidare: &c. Quid igitur est tyrānus? Tyrannus est qui ualere iussis naturæ legibus. Gētium decretis, ciuiū moribus priuata utilitate metitur omnia. etc. Tyrānus est qui nulla optimorum ciuiū seu fidelium Christianorum, habita ratione, indignos: pseudo catholicos, uotifragos, & nequam homines ecclesiasticis functionibus præficit, ijsq; deglubendos, deuorandos, seducendosq; suos impune permittit. Tyrannus insititius qui amicum & inimicum quorum est dominus, utcunq; occasio incidere eodem loco habet. Tyrannus est, qui spreto innocentie delectu tormentis exquirat, multat, proscribit, relegat, ultimo supplicio afficit, quos libitum est, quos catholicos esse nouit. Tyrannus est, inquit S. Gregorius Moral. 12. Qui in communi Republica non uere principatur, &c. et Cicero li. de ami. In uita tyrannorum nulla fides. Tyrannicum est, inquit D. Eras. Roterod. patriam expugnare, talis Eriaperthus de quo Plutarchus in uita Lysandri. Breuiter: Tyrannus est qui sicut sanguis

Tyrānus
quis.

sanguinem qui miseram plebeculam tāquam pedibus proculcat. &c. Sequitur ergo. **L**apsam **M**orum disciplinam: **I**ntestinum atq; externum bellum, seu tyrannidem. (intestina bella uoco, quibus Europæ principes, prouentosis & inanis nonnunquam titulis interse digladiantur) **H**ereses: haftenus perturbasse ecclesiam. &c.

At quid dominus, Qui est perfectio pura, Tyrannis Christicidis minatur? Audi breuibus Micheam cap. 3. Audite capita Iacob, inquit dominus, & tyranni domus Iesraëlis: An non cōueniebat uos ius & æquum nosse: Qui bonum oditis, malum uerò diligitis, qui pellem eorum ab eis diripitis, atq; carnem eorum ab ossibus eorum, qui carnem populi mei deuoratis, detraxistis pellem ab eis, atq; ossa eorum nudastis, clamabitis ad dominum, sed non respondebit, faciem suam eo tempore abscondet, quemadmodum & uos malitiæ studuistis, &c. Audite hoc uos hematodipsæ tyrāni: Qui nihil didicistis nisi uias duas facere, emedullare, et prædam conuehere. Bona ecclesiæ cum Acharo, Iosue 6. 7. Ioa, 4. reg. 10. Balthasaro, Danielis 5. Aurilego Antiocho, 1. Mach. 2. Cambyse, Dionysio: Herodotus, Flegeo: &c. diriperes Sapite igitur. **Reges.**

Triceps bestia perurbans ecclesiam, In oppresores fidei huius Christi sententia.

Id est, horum uoratores.

Timendus
qui corpus
& animam
præcipi-
tat in tar-
tara.

Nota.

Reges, nolite præcipites esse in iudicijs sanguinis, crudimini Iudices terræ, Psalm. 2. seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore: osculamini ecclesiam, Matrem uestram, in qua sponsus Christus est, Ne irascatur dominus, & pereatis à uia breui exardescet furor eius. Perpendite obsecro nouissime diei inflexibilem, irregressibilem, immutabilem sententiam, Ineluctabilem ultimæ tubæ clangorem: Immortales miseri uiuent inter incendia, & inconsumptibiles flammæ nudum corpus lambent. Ardebit purpuratus diues. Non miserebitur ultra deus, neq; tunc exaudiet penitentes, sera erit illa confessio, et cum clausa fuerit ianua, frustra carentes oleo acclamabunt exclusi: SAPITE ergo iterum dico SAPITE. Beati omnes qui diligunt nomen eius &c.

VVLPECVLÆ VINÆ

Dominicæ deuastatrices.

Math. 16.

ET portæ inferorum non præualebunt aduersus eam, inquit Oecodespotes, suo enim nutu omnia gubernat & continet
Chris